



Inscriptio ad supremos exercituum duces, tribunos et milites pseudo-christianorum, qui haberi volunt evangelici, uti & imperatoris & reliquorum catholicorum, qui Hierosolymam obsederunt, Lucae cap. 21.

<https://hdl.handle.net/1874/19306>

INSCRIPTIO 26

Ad

SUPREMOS EXERCITUUM
DUCES, TRIBUNOS ET MILITES
PSEUDO-CHRISTIANORVM,

Qui haberi volunt Euangelici, uti &
IMPERATORIS & reliquorum CATHOLI-
CORUM, qui Hierosolymam
obsederunt,


UB 682. *Luca Cap. 21.*

Illumque sibi ipsis reddunt lapidem oneris, *Sachar. 12. 14.*

Iesai. 52. 54. 62. Apocal. 21.



ANNO 1645.



Vemadmodum nec coram DEO nec coram Mundo justum est, ut Hypocritæ & Pseudo-Christiani illi, qui volunt haberi Evangelici, Catholicorum domos urbesve invadant, easque per vim & injustitiam ad se attrahant, occupent, possideant & teneant;

Rom. 1.

Jesaiæ. 1.

Matth. 24.

Micha. 2.6.7.

Jesaiæ. 5.59.

Ira è contrario nec Catholicis permiffum erit, ut ad quæ Evangelicorum bona, regiones sive Dominia, nec coram DEO, nec coram Mundo jus ullum habent, ea sub ditione sua habeant & detineant, multò minus, ut quenquam ad credendum aliquid contra conscientiam suam urgeant, variisque ærumnis cogant.

Apocal. 16.

Jesaiæ. 1.0

Daniel. 12.

Hesek. 35.

Jesaiæ. 47.

Jerem. 30.

Quandoquidem verò DEUS, secundum JUS, JUDICIUM, æternamque justitiam suam Judex eâ de re futurus est hîc in suo terrarum Orbe; diligenter circumspiciendum tandem habent, qui Iram DEI effugere cupiunt, Exercituum Duces, Tribuni, Militesque, quomodo sese gerant in præsentè hâc calamitate, & bellicis insurrectionibus, per quas suis in pauperes & miseros injuriis & malefactis, contra DEUM in cœlo sese elevant & extollunt: Cumque pluris DEO sit imago sua

Amos. 5.

Daniel. 7.

Psalms. 9. 36.

89. 96. 97.

99. 119.

Apocal. 6.

Jesaiæ. 13.34.

Luce. 21.

Marci. 13.

Psalms. 2.72.

Genes. 1.

Coloss. 3.

Jesaja. 2.

creaturæ, quàm terrena ædificia; desistere, juxta Verbum, Mandatum, sive Jussum DEI debetis ab homine, qui & ipse in naribus suis Spiritum habet, *Jesaja. 25. 40.* neque ulterius innocentem effundere sanguinem, sive eum oneris instar vobis imponere.

Hesek. 34.

Jerem. 23.

A Hor. 20.

2. Petri. 2.

Aponal. 16.

2. Theff. 2.

Zophan. 1.

Epist. Jude.

2. Petri. 2.

Matth. 7.

Johan. 10.

Pastores enim, sive Idola in palliis faccinis, *Sachar. 11. 13.* qui alios eò instigant, suaq; improbitate, falsâque & perversa doctrinâ, primi omnium interitûs & perditionis generis humani, ex efficacia & operatione Diaboli, rei & auctores sunt, PRIMI quoque OMNIUM in infernum, sive æternas caliginosas tenebras agentur, cujuscunque factionis Sectæve fuerint. Quam ob causam ab omnis generis rapacibus lupis & mercenariis in vestimentis ovium incedentibus [cuivis] diligentissimè est cavendum & attendendum.

Hebr. 11.

Jesaja. 19. 23.

1. Timoth. 1.

Apocal. 21.

Jesaja. 1.

1. Corinth. 6.

Hesek. 22.

Quisquis ad DEUM pervenire cupit, rationem sedulo habeat conscientiæ suæ, & sollicitus sit, ut expleat voluntatem DEI. Non enim perveniet in regnum DEI raptor, fur & latro sive malefactor, quique sanguinem innocentem effundit, nisi destiterit à peccatis, seu pœnitentiam egerit. *Ierem. 7. Galat. 5. 6.*

Johan. 8.

2. Johan. 4.

Qui ex DEO est, Verbum
DEI audit.

Non

Non omnes verò, qui dicunt, Domine, Domine, intrabunt in Regnum Cœlorum, sed qui voluntatem faciunt Patris mei, qui est in Cœlo, ait Christus Filius DEI.

Matth. 7.

Iam diu spectavit DEUS, Pseudopphetas Lutheranos, Calvinianos & Catholicos, tres nimirum impuros illos Spiritus Diabolorum, dum suis rixis & disputationibus, ferocique & inutili garritu occupantur.

1. Corinb. 3.

Matth. 24.

Apocal. 16.

1. Timoth. 1.6.

Electores Saxonix & Sueci, qui se Evangelicos gloriantur, & sicuti olim Judxi, verus præ aliis DEI populus esse volunt, egenos & miseros ignominia afficiunt, illos premendo, contra ipsum in cœlis DEUM sese elevant, innocentem sanguinem profundunt, pejoraque sub suo Ministerio sive falso cultu DEI patrant, quàm Gentiles, qui olim fremuerunt.

Rom. 1.11.

Jesaiæ. 48. 57.

Micha. 3.

Aitior. 4.

Psalms. 2. 99.

Jerem. 7. 8.

Rom. 2.

Similiter, qui Veterum Catholicorum Christianorum optimi esse volunt, Galliarum & Hispaniarum Reges, suis erga homines illos, qui per utriusque cœpta occiduntur sive pessum eunt, actionibus sese effecerunt contra DEUM: perituri honoris sive Reputationis gratia cessare nolunt à profusione innocentis sanguinis: regionem unam

4. Esaiæ. 15.

Sapient. 6.

Hesek. 22. 24.

Synsch. 34. 35.
Hebr. 11.
post aliam devastant, tamque indignis modis miseris mortales tractant, ut calamitas ipsorum & afflictio ad DEUM in cœlum ascendere & clamare cogatur.

Sachar. 10.
Math. 7.
2. Timoth. 3. 4.
Epist. Jude.
Hosee. 4.
Hesek. 13.
Pastores verò, rapaces nimirum lupi illi & Mercenarii, quorum doctrinâ homines ad hujusmodi aucta primò sunt seducti, qui porro eosdem in manifestis abominandisque hujusmodi latrociniiis, aliisque per cædes & sanguinem perpetratis peccatis perseverantes, nec vel minimâ ex parte ab iis sese abstinere respiscereque cupientes, absolvunt, qui [denique] manus improborum & impiorum in impœnitentia ipsorum, idque interitu & extrema perditione pauperum roborant, regionesque adedò unâ cum incolis, per falsi sui cultus DEI, Idololatriam & incantamenta in omnimodam perniciem, multa verò animarum millia, per externos illos furores, sævitiam, cædes & mactationem sive effusionem sanguinis miserarum ovium, militum sive bellatorum in fauces Diaboli conjiciunt seu pervenire patiuntur; ii [inquam] juxta Sententiam & JUDICIUM DEI, aliquando primi quoq; omnium Diabolo deditur & Inferno, cum DEUS ista respiciet, cumque gladium suum educet & ob liberationem superstitum suæ hæreditatis, egenorum utique & miserorum vindictam arripiet, tumque adedò ad instar irrationalium animalium capientur & mactabuntur.

Apocal. 17.
1. Petri. 4.
Apocal. 20.
Jesaiæ. 9. 2.
Hesek. 6. 21.
Jesaiæ. 41. 63.
Deuteroni. 32.
2. Petri. 2.
Epistola Jude.

Datum

Iuxta Sententiam & IUDICIUM DEI.

Pfalm. 76.
Apocal. 17.
18.

P E R

Jerem. 23.
Jesaja. 30.
34.
41. 42.
Micha. 4.
7.
Regem Davidem Secundum,
Bellatorem illum Domini, sup-
premi Vindicis sive IUDICIS.

Pfalm. 9. 89. 94.

